UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Maroni. 404.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Caſsio Presbytero. 400.

Pudore ob ea quæ oportet ſcire affici, à pudore proculdubio liberat: Neſcire autem, in immortalem infamiam conijcit.

Zoſimo Presbytero. 401.

Si, qui ieiuniis, & humi dormitionibus, aliiſque aſperioris vitæ generibus, corpus domant, atque hac ratione brutam libidinum potentiam coërcent, ſi à libidine ſemel ſubacti deprehendãtur, veniam haudquaquam conſecuturi ſunt, qui libidinem alliciunt, ac per luxum eam excitant (inter quos nomen tuum vulgò referunt) quam tandem veniam obtinere queant?

Caſsiano Diacono. 402.

Theologus ille ac Deo charus Ioannes, ac verè tonitrui filius, deiloqua lingua (nam à Spiritu ſancto mouebatur) diuini Verbi hypoſtaſim & proprietatem, atque æternitatem & regnum, quod non aduentitium ſed eſſentiale ſit, prædicauit. Ac per id quod ſæpius dixit, *erat*, illud, *ex non exiſtentibus*, eliminauit.

Eidem. 403.

Cum rectis dogmatibus, vir ſapientiſſime, ſapientiam coniungere oportet, ſiquidem illud verum eſt, vt certè eſt, fidem ſine operibus mortuam eſſe. Quòd ſi ambæ permiſceantur, ac quodammodo copulentur, tum denique perfecta & ſuprema gloria elucet, pietate nimirum & virtute in vnum concurrentibus.

Maroni. 404.

Quandoquidem exiguæ cauſæ ingentia bella perſæpe accendunt, dehortor te, ne contentionum igniculos iniicias. Nã cùm pugnæ excitantur, omnia bona ex eorum qui inter ſe diſſident, animis radicitùs euellunt.

Κασσίῳ πρεσβυτέρῳ. υσ.

Τὸ μὲν εἰδέναι αἰσχύνεσθαι ἃ δεῖ, αἰσχύνης ὄντως ἀπαλλάττει. τὸ δὲ μὴ εἰδέναι, αἰσχύνῃ ἀθανάτῳ περιβάλλει.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. υα.

Εἰ οἱ νηστείαις καὶ χαμευνίαις καὶ ταῖς ἄλλαις σκληραγωγίαις τὸ σῶμα δαμάζοντες, καὶ ταύτῃ τὴν ἄλογον τῶν παθῶν ἐξουσίαν κολάζοντες, ἀλλ' οἱ ἐνάπαξ ὑπὸ ἐπιθυμίας κεχειρωμένοι, οὐ συγγνωσθήσονται, οἱ τὸ ἀκόλαστον παρακαλοῦντες, καὶ διὰ τῆς τρυφῆς τοῦτο διεγείροντες, ὧν ἕνα σε φασὶν εἶναι, ποίας ἀπολαύσαιεν συγγνώμης;

Κασσιανῷ διακόνῳ. υβ.

Ὁ θεολόγος καὶ θεοφιλὴς Ἰωάννης, ὁ τῆς βροντῆς ὄντως υἱὸς, θεοφράστῳ γλώττῃ. ὑπὸ ἁγίου γὰρ πνεύματος ἐκινεῖτο, τὴν τοῦ θείου λόγου λόγον ὑπόστασίν τε καὶ ἰδιότητα, ἀϊδιότητά τε καὶ βασιλείαν, οὐκ ἐπίσκητον, ἀλλ' οὐσιώδη τυγχάνουσαν ἀνεκήρυξε. καὶ τῷ πολλάκις ἦν εἰπεῖν, τὸ ἐκ μὴ ὄντων ἐξωστράκισε.

Τῷ αὐτῷ. υγ.

Κιρνᾶν χρὴ, ὦ σοφώτατε, τῇ τῶν δογμάτων ὀρθότητι, τὴν ἀπὸ τῆς πολιτείας φιλοσοφίαν, εἴγε ἀληθές ἐστιν, ἀληθὲς δὲ, ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν. εἰ δὲ τὸ μεῖζον χωρὶς τοῦ μείζονος. εἰ δ' ἀμφότερα κερασθείη, καὶ τρόπον τινὰ ἑνωθείη, τότε δὴ τότε ἡ τελεία καὶ ἀκροτάτη εὐδοκίμησις ἀναφαίνεται, εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς εἰς ταυτὸν συνδραμούσης.

Μάρωνι. υδ.

Ἐπειδὴ μικραὶ αἰτίαι μεγάλους πολλάκις ἀνάπτουσι πολέμους, παραινῶ σοι μὴ σπινθῆρας φιλονεικιῶν ἐμβάλλειν. ἀναρριπιζόμεναι γὰρ αἱ μάχαι, πάντα τὰ καλὰ ἐκ τῆς τῶν διαφερομένων ἐκριζούσης ψυχῆς.

Παλλα-